

1902. Johannes Calvin an Ambrosius Blaurer¹⁾.

Genf 1554 Februar 11.

[Daß Bl. selten schreibt, bedarf keiner Entschuldigung. Kämpfe in der Genfer Kirche wegen des Bannes. Calvins Werke. Grüße. Orig. lat.]

Du schreibst selten; doch jeder Brief könnte das Schweigen eines Jahres entschuldigen durch seine Liebe und Offenherzigkeit, die mir Dich förmlich vor Augen stellt. Du bedarfst also keiner Entschuldigung. Ich kenne Deine Liebe und setze Deine Bequemlichkeit über meine Annehmlichkeit und bin zufrieden, wenn Du meine Trägheit verzeihst.

De huius ecclesie statu nihildum habeo certi, quod scribam.²⁾ His annis non cessarunt improbi novas subinde molestias nobis facessere. Tandem excommunicationem e medio tollere conati nihil extremam insaniam reliquum fecerunt, Utrunque magna contentione diu certatum est, quia in senatu et populo studia palam sic exarserant, ut periculum esset a tumultu; quorundam artificio factum est, ut reconciliarentur. De re tamen nihil adhuc decretum. Perendie vel transigaretur vel exorietur nova pugna, cuius exitum domino commendans statui ne minimum quidem deflectere, neque vero tam sum ferreus, quin misere me excruciet ac dillaniet futura gregis dissipatio, si abire cogar. Sed quia nihil aliud nobis licet quam sub divinam providentiam fiducia officio nostro ad extremum usque defungi, pergendum est, et tamen melior quam prius spes lucere iam nobis cepit.

Quęcunque hactenus edideramus opuscula, præter quatuor Gallicas conciones, quas Baduellus³⁾ Latinas fecit, uno volumine complexus fuerat unus ex nostris typographis; catalogum igitur non mitto, quem inde petere licebit. Nuper editę sunt Gallicę conciones vincti duę in psalmum octonarium⁴⁾, ut vocant; scripturę interpretationes seorsim excusę sunt, sicuti nunc in lucem prodit, quod adhuc in Acta apostolorum deerat⁵⁾, cuius exemplar unum ad te mitto, sed ea, quam præscribis lege, ut hic bonus vir precium numeret. Idem in Serveticę impietatis refutatione⁶⁾ feci, cuius tria exemplaria tibi feret. Addidi facetam Bezę nostri epistolam sub Passavantii nomine⁷⁾, quę multos tibi risus, ut spero, eliciet.

¹⁾ Gedr. Corp. Ref. XLIII, Nr. 1906.

²⁾ Vgl. zum Folgenden oben S. 220, Anm. 1 und S. 234, Anm. 2.

³⁾ Vgl. Bd. II, S. 505, Anm. 2.

⁴⁾ „Vingt-deux sermons sur le Ps. 119“, Genf 1554.

⁵⁾ „Secunda pars Commentarii in Acta apostolorum“, s. Corp. Ref. XLIII, Nr. 1901.

⁶⁾ „Defensio orthodoxę fidei de sacra trinitate contra prodigiosos errores Michaelis Serveti Hispani, ubi ostenditur hereticos iure gladii coercendos esse“ etc.

⁷⁾ „Epistola magistri Benedicti Passavantii“, 1553, s. Heppe, Beza, S. 30 f., ein Spottgedicht auf den französ. Ketzerrichter Pierre Lizet, Abt von St. Victor bei Paris.

Der Herr leite und segne Dich und die Deinen! Grüße Deinen Amtsbruder und Deine Gattin. Die Kollegen etc. grüßen Dich.

Geneve 3. idus Februarii 1554.

1903. Der Dekan von Neuenburg¹⁾ an Ambrosius Blaurer. VII, 296.Neuenburg 1554 Februar 15.²⁾

[Verweisung auf den Überbringer in betreff der Verhandlungen der Neuenburger Synode über Einführung des Evangeliums in Pruntrut (Portruaci); über die dortigen Verhältnisse hat ein Prediger in Mömpelgard berichtet, und der Überbringer weiß Bescheid.³⁾ Orig. lat.] Neocomi 15. Februarii 1554.

1904. Wolfgang Musculus an Ambrosius Blaurer. VII, 299.

Bern 1554 Februar 27.⁴⁾

[Übermittlung eines Briefs an Zangmeister. Seine Ansicht über den Prozeß gegen Servet und das Vorgehen gegen Häretiker im allgemeinen. Verwahrung gegen den Vorwurf, ein Lutherfeind zu sein. Tod der Sabina Schöner. Erfahrungen, die Musculus in Augsburg mit Wiedertäufern gemacht hat. Orig. lat.]

S. D. Accepi tuas cum aliis ad Zangmeisterum pertinentibus, quas tabellario diligenter commendabo, ubi Lugduno redierit. Urges, ut, quid de D. Calvini sententia, quod attinet ignem hæreticorum, sentiam, edicam, et tu interea pulchre sententiam tuam dissimulas, quam cum primis quærebam. De Serveto, quod flammis est absumptus, non improbo factum senatus Genevensis; existimo autem potuisse illud rectius et convenientius defendi titulo blasphemie quam titulo hereseos, et minus fuissent offensi boni viri, qui de hereticis comburendis diversum sentiunt et scripserunt; denique non fuisset furori et crudelitati papistarum obiecta occasio in sævitie sua pertinacius quam antea pergendi. Quam solide tueatur suam sententiam Calvinus, tu melius excutere poteris quam ego, cui, quæ scripsit, vix obiter intueri licuit. Mihi magis placet sic agi cum hæreticis patienter et moderate, ut secundum admonitionem apostoli locus permittatur resipiscencie ad cognoscendum veritatem evadendumque diaboli laqueos, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Interea nolim magistratui potestatem coercendi hæreticos adimi, verum sic, ut sint,

¹⁾ Der Briefschreiber („Decanus suo et fratrum nomine“) hat seinen Namen (Farel, Libertet oder ein anderer?) nicht beigesezt; die Schrift ist nicht Farel's Schrift.

²⁾ Auf der Adresse die Notiz: „Remitte“.

³⁾ Dazu a. R. von Bl.'s Hand die Notiz: „Omnino nondum maturum est hoc negocium nec de evangelio illic prædicando quicquam adhuc constitutum, ut demirer, quis vanus rumor Mombelgardensem hunc fratrem frustra exhilararit.“

⁴⁾ Der 1. Abs. und das P. S. gedr. Corp. Ref. XLIII, Nr. 1916. Am 28. erh.; unter dieser Notiz ist in Geheimschrift beigefügt: „Heretici“.